



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

Quòd iusti contemnuntur ac traducuntur. cap. lxxxvii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

D. IOANN. DAMASCENI

*Mat. 7.* Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Vnaqueque arbor ex fructu suo cognoscitur.

*I. Io. 4.* Charissimi, nolite omni spiritui credere: sed probate spiritus.

*Incerti.* Fieri quidem potest, ô fili, ut qui probe loquatur, improbus sit: ut autem probe vivens improbus sit, fieri nullo modo potest.

• DE IUSTIS, ET PRECIBVS AB HIS  
factis: & quod ea à temptationibus eos eximant.

CAP. LXXXVI.

*Gen. 20.* RAVIT Abraham Deum, & sanauit Abimelech, & vxorem eius, & ancillas eius, & pepererunt.

*Iob. 36.* Non auferet à iusto oculos suos: & collocabit eos in victoria, & exaltabuntur.

*Pf. 32. 29.* Ecce oculi Domini super iniquitates eum, &c. Multæ tribulationes iustorum: & ex omnibus his liberabit eos Dominus.

Oculi Domini super iustos: & aures eius ad preces eorum. Sustentat iustos Dñs, &c. Custodit Dominus omnia ossa eorum: vnu ex his non conteretur. Voluntate timentiū se faciet: & deprecationē eorum exaudiens.

*Pro.* Oratio rectorū grata est Deo: & propter auxiliū iustorum magna existit gloria. H Habitacula iustorum benedicuntur. Benedictio Domini super caput iusti.

*3. 10.* Lux iustis semper. Domus iustorum fortitudo magna. Iustus in gaudio & latititia erit. Iustus è laqueo liberatus est: & tradetur impiis pro eo.

*12.* *11.* *Esa. 43.* Noli timere: quia redemi te. Vocauit te nomine meo, meus es tu. Si transieris per aquam, tecum sum, & flumina non operient te. Si transieris per ignem, flamma non nocebit tibi.

*14. 5.* Multum valet deprecatio iusti assidua.

*2. Pet. 2.* Nouit Dominus pios è temptatione eripere.

*Incerti.* Iusti multi in calamitates incidentur: sed haec flagella non sunt.

QVOD IVSTI CONTEMNANTVR AC  
traducuntur.

CAP. LXXXVII.

*Iob. 9.* ERIDENTVR iusti: traduntur enim in manus impiorum. Iustus vir & à reprehēsione alien⁹ factus est in subsannationē.

*Pro. 29.* Vir sanctus apud sceleratum impurus est. Viri sanguinarij iustum odio habent.

*Sap. 4.* Videbunt iustum, & contemnent eum: Deus autem illos iridebit. Et erunt postea decidentes sine honore, & in contumelia inter mortuos semper. Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerū labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperata salutis, gementes, & præ angustia spiritus dicentes: Hi sunt, quos habuimus aliquando in contemptū, & in similitudinem improperij. Nos infensati, vitam eorum aestimabamus infiam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est. Ergo errauimus à via veritatis, & sol iustitiae non luxit nobis. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles: viam autem Domini non cognouimus.

*2. Tim. 3.* Omnes qui piè volunt in Christo viuere, perfectionē patientur. Peruersi autem homines & impostores proficient in peius, errantes, & in errorem mittentes.

In im-



A In impiorum manus iusti quoque persæpe traduntur: non vt illi honorentur, sed vt horum virtus exploretur.

Fieri non potest, vt qui probè & ex virtute viuunt, apud omnes bene audijt. Chrys.

Fieri nequit, vt qui virtuti dat operam, non multos hostes habeat.

DE HIS QVI PECVNIA S FOENORI  
dant, & accipiunt. CAP. LXXXVIII.

B  I PECVNIA M mutuā dederis populo meo pauperi, qui habitat tecū, nō vrgebis eum quasi exactor, nec vñoris opprimes. Exod. 22.

Vuet frater tuus tecum. Argentum enim tuum non dabis Lenit. 25.

ei ad vñoram, & frugum superabundantiam non exiges.

Dabis proximo tuo mutuum, quo eum indigere perspexe- Deut. 15.

ris. Et non mœrebis in corde tuo, cùm das ei. Et benedicit te

Dominus. Non fœnerabis fratri tuo ad vñoram pecuniam, 23.

nec fruges, nec quamlibet aliam rem. Cùm repetes à proximo tuo rem aliquā, 24.

quam debet tibi, non ingredieris domum eius, vt pignus auferas: sed stabis foris,

& ille tibi proferet quod habuerit. Sinautem pauper est, non pernoctabit apud te

pignus, sed statim reddes ei ante Solis occasum: vt dormiens in vestimento suo

benedicat tibi, & habeas iustitiam coram Domino Deo tuo.

C Mutuabitur peccator, & non solvet: iustus autem miserbitur, & retribuet. Psal. 36.

Iocundus homo, qui miseretur & commodat.

Qui coaceruat diuitias vñoris & fœnorem, in pauperes congregat eas. Pauper Pro. 28.

& creditor obuiauerunt sibi: vñrumque speculator Dominus. 29.

Nelit manus tua porrecta ad accipendum, & ad reddendū collecta. Noli Eccl. 4. 8.

fœnerari homini fortiori te: quòd si fœneraueris, quasi perditum habe. Mu-

tuam pecuniam da proximo tuo in tempore necessitatis ipsius. Multi tanquam

lucrum existimarunt mutuatam pecuniam: & exhibuerunt molestiam iis, à qui-

bis adiuti fuerant. Grauia sunt hæc homini habeti sensum, correptio domus,

& improperium fœneratoris. 29.

D Petenti te da, & volenti mutuare à te, ne auertaris. Mat. 5.

Si mutuum dederitis iis, à quibus speratis recipere, quæ vobis gratia est, nam & Lue. 6.

peccatores peccatoribus mutuantur, vt eadem accipient.

E Re Vera extrema cuiusdam inhumanitatis est, illum rerum necessiarum penuria la- Basil. ho.

borantem subleuante vita causa mutuam pecuniam postulare: hunc autem sorte conten-

tum non esse, Verum ex pauperis calamitatibus prouentus sibi atque opes conflare. Etenim

Christus aperte nobis hoc edixit, Volentem abs te mutuari ne auerteris. At anarus, cùm Mat. 5.

hominem præ inopia ad genua sua prouolutum, supplicantem, nihil non humiliter facien-

tem ac loquentem cernit, indigna ipsius calamitate non commoctorur, non naturam confi-

derat, non precibus cedit, sed immotus ac rigidus perstat, non precibus vietus, non lachri-

mis fractus, sed in negatione perseverans, deierans, ac cum execratione asserens se in sum-

ma prorsus inopia versari, atque etiam circumspicere, num quem, qui sibi mutuetur, nanci-

sci queat, ac iureiurando interposito mendacium confirmans: malum videlicet crudelitatis

quæcumq; à periuorio sibi colligens. At posteaquam iis, qui mutuam pecuniam poscit, fœnoris

meminit, & pignori nominat, tum demum remissò superciliosus arvidet, ac fortasse paternæ

amicitiam cōmemorat, cūmq; & familiarē, & amicum appellat. Videbimus, inquit, num

quid nobis recedit pecuniæ sit. Est autem penes me deposita ab amico quodā, qui eam mihi

quæcumq; causa commedita. Verum ipse quidem graues ob eam vñras prescriptis: nos autē

omnino aliiquid remitteremus, ac minori fœnorem daturi sumus. Hæc ille simulans, atq; huius-

modi sermone miserum demulcens & inescans, syngraphis cum cōstringit, ac præter ege-

statem, qua iam premebatur, crepta quoque ipsi libertate discedit. Nam qui fœnoribus iis,

quæ persoluere non potest, sese deninxit, perpetuam servitutem vñtrò subiit. Heus tu, opes